Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6719
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



dicit. Consummatum est.
Et inclinato capite tradidit spm. Judei ergo quia parasceue erat: ut non remanerent in cruce corpa sabbato: erat enim magnus dies ille sabbati rogauerunt pylatum ut frangerentur eorum crura et tollerentur. Venerunt ergo milites et primum quidem fregerunt crura: et alterius qui crucifixus est cum eo. Ad ihsum autem cum venissent: ut viderunt eum iam mortuum non fregerunt eius crura: sed unus militum lancea latus eius aperuit: et continuo exiuit sanguis et aqua. Et qui vidit testimonium perhibuit: et sanguis quia verus est testimonium eius. Et ille scit quia vera dicit ut et vos credatis. Facta enim sunt hec: ut scriptura impleatur. Os non comminuetis ex eo. Et iterum alia scriptura dicit. Videbunt in quem transfixerunt.

Post. Swm.

Hec autem rogauit pylatum ioseph ab arimathia eo quod esset discipulus ihsu: occultus autem propter metum iudeorum: ut tolleret corpus ihsu. Et permisit pylatus. Venit ergo et tulit corpus ihsu. Venit autem et nicodemus qui venerat ad ihsum nocte primum ferens